



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

7. De effectibus possessionis bonae fidei nimirum praescriptione, &
fructuum acquisitione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

7 Rei vero mobilis facilius possessio naturalis, & ciuiliis deperditur, eique de causa si nostram potestatem aufugiat, siue quia nescimus vbi sit, siue quia sublata est, siue quia alio modo est deperdit. Illius possessionem amittimus. Vt habetur. leg. 3. §. Nerva filius l. g. vno qua nobis. ff. de acquirenda possess. & ibi Glossa, & Doctor. Nam eo ipso censetur possessor illius possidende animo non habere, cum non possit tacite ad vii, quod secus est in rebus immobilibus, quae cum difficile occultentur praesumunt non potest praedictus animus. Ab hac tamen regula excipiendus, est seruus qui licet Dominum fugiat non ob inde Dominus illius possessionem in ciuilem amittit nisi forte fuerit ab alio occupatus, vt constat ex d. leg. 3. §. per seruum qui in fuga ff. de acquirenda possess. & alijs congeitis ab Anton. Gomez. dicta leg. 45. Tauri. 108. & notatur leg. regia. 7. tit. 3. par. 3. & ibi Gregor. Lopez. Existimat autem Anton. Gomez. d. tit. leg. 45. Tauri num 108. Si res inclusas in domo, vel arca habeas illarum possessionem naturalem te amittere ciuili reatui non solum si abens sis, sed etiam si sis praesens domui, vel arcae praedictas res mobilis continenti. ex leg. 3. §. Nerva filius. ff. de acquire. da possess. ibi res mobili es exceptio homine quatenus sub custodia nostra sunt habentis possideri. id est quatenus si velimus eius naturalem possessionem nasci possimus. Sed verus est id solum intelligendum esse, cum abens est, nam si ita praesens sis domui, vel arcae, vt illius possessionem non solum ciuilem, sed naturalem retineas, & rerum contentarum censendus es possessionem habere. Tum quia tum accessoria. Tum quia eis liberet vt potes, in quo poss. hio naturalis, & ciuiliis videntur consistere. Tum quia ad acquirendam rerum mobilium possessionem sufficit si tradantur in conspectu, & praesentia rei illas continens, vt resoluimus §. 2. at in mas requiritur ad conferendam possessionem quam ad illam acquirendam, vt probat leg. 1. §. quod autem ff. de ser. vbi dicitur l. g. 3. §. bonorum poss. ff. de argum. Textus leg. si u qui in animo ff. de acquirenda possess. Habes ergo possessionem non ciuilem, tum naturalem rerum mobilium sub loco cui praesens assitis contentarum; quod adeo verum existimat Molera d. 2. d. sp. 15. vt cito non sibi subito occurrant, quia diligentiori inquisitione indigent non ob inde illarum possessionem amittas.

8 Superest dicendum de possessione habita per procuratorem, tutorem, curatorem, filium, seruum, colonum, inquilinum, fructuarium, feudarium, emphyteutam, &c. qualiter amittatur: Diximus horum possessionem naturalem non amitti ex sola absentia, sed oportere quod praedicti habeant animum non possidendi, vel a sua possessione expellantur. Quapropter illis tantum viis quibus possessores ciuiles suas possessiones amittunt hi fructuarij, coloni, tutores amittunt naturales quas habent: vt aduertit Anon. Gomez. ad d. leg. 45. Tauri. n. 107. con. l. 3. Sed non ex eo quod praedicti suam possessionem amittunt, censetur Dominus possessionem ciuilem illis rei amisisse, neque etiam ex eo quod Dominus a sua possessione deiciatur, censetur praedicti coloni, & fructuarij deiecti. Videamus ergo quibus in euentibus Dominus a sua possessione cadat, eo quod nomine ipsius detentores suam detentationem, seu possessionem amittant. Et quidem ex eo quod detentatores alteri rem locent, seu commodato tradant, Dominus nec ciuilem nec naturalem possessionem videtur amittere, cum ipsi detentatores amissile naturalem non censentur, vt pote qui medijs secundis conductoribus rem detinent. leg. regia. 13. tit. 30. par. 3. & ibi Gregor. Lopez. & colligitur ex leg. qui vniuersas §. si ff. de acqui. possess. Si autem detentatores alteri rem donatione, vel venditione tradiderint animo deleterendi possessionem & transferendi in alterum possessionem naturalem quam medijs detentatoribus retinebat amittat possessionem ciuilem quam per se habet consecutur interim ac translationis ignarus est, vel dum non praesumitur a recuperatione desistere timens repulsam, iuxta l. g. clam possidere. §. qui ad non dicitur ff. de acquirenda possess. & notatur expressis Molina. tra. 2. d. sp. 1. c. post in it Et idem est dicendum cum ij detentatores a detentatione deiciantur, amittere quidem Dominum possessionem naturalem, conferuare tamen ciuilem dum recuperationem timore repulse non omittunt. Morte autem detentatorum placet Ioanni Glossa. leg. si id quod §. 1. ff. de acquirenda possess. & ibi Bart. Rayn. Dyoo Alberic. Angel. Paul. Immola, possessionem naturalem amittunt, si quidem nec per se (vt suppono) neque medijs detentatoribus rei corporaliter insitit, consecuturum autem possessionem ciuilem, dum res alijs non occupatur ipso sciencie, nec contradicente. Ducuntur argum. Textus. in leg. 1. §. Secula. ff. si quis testam. liber esse iuss. fuer. Sed rebus videtur sentire Anton. Gomez. ad d. leg. 45. Tauri. n. 109. affectus etiam possessionem naturalem retinere, dum in eius recuperatione negligens non fuerit. Dacitur duplici Textu, qui hanc partem videtur manifeste probare. Primo ex leg. si de eo. §. si forte in prin. ff. de acquirenda. possess. his verbis. Si forte colonus, per quem Dominus possidet, decesserit propter tristitiam receptum est, vt per eorum possessionem retineatur, & continuatur. Quo mortuo dicendum est non statim eam interpellari, sed nec demum cum Dominus possessionem adipisci neglexerit. Ecco qualiter in fauorem Domini dispositione legis non inter-

pellatur possessio morte coloni, sed retinetur, & continuatur. Secundo est Textus in leg. si id quod §. 1. eodem tit. cuius verba sunt. Et per colonos, inquilinos, aut letuos nostros possidemus, sed si moriantur, aut furere incipiant, aut alij locent, intelligimus nos per illos retinere possessionem. At ob furorem, aut locationem non perdit Dominus possessionem naturalem, ergo nec ob mortem coloni, cum praedictus textus aequè tempore mortis, ac furoris, & locationis retineri possessionem decidit. Neque obstat quod mortuo colono Dominus nec per se nec per colonum corporaliter rei insitit, quia id intelligendum est spectata rei natura. At fictione iuris reputatur rei corporaliter insitit, sicuti reputatur cum colonus animo non deleterendi possessionem ab ea corporaliter discedit.

Illud est certum nunquam Dominum suam possessionem siue naturalem, siue ciuilem amittuntur quantumvis intenteret ab ea deici, dum eius colonus possessionem conferuat. Nam colono conferuante possessionem Dominus medio illo naturaliter possidet, cui possessioni ciuili annectitur maxime cum hae consistat in voluntate, & animo rei assitendi, & probat aperte. Textus in leg. 1. §. Non. alij autem ver ff. de vi armata. ibi Si quis vi me deiecit, meos autem non deiecit non posse me interdicto hoc experiri; quia per eos retinac possessionem, qui vi deiecit non sunt. Secus vero est, si ipse Dominus voluntarie suam possessionem in alterum transulisset; quia eo casu est colonus possidere non desinat, ipse tamen Dominus nullo modo possidet, quia fe possessione priuauit, ita vt colonus iam sui esse non videatur, sed eius in quem possessionem transulit iuxta, dictam leg. 1. §. Non alij tunc Glo. verbo retinere. Et pluribus comprobatur Anton. Gomez. d. num. 109. ad leg. 45. Tauri.

§. VII.

De effectibus possessionis bonae fidei, nimirum praescriptione, & fructuum acquisitione.

- 1 Parit possessio bona fidei praescriptionem.
- 2 Possessor bona fidei potest re possessa vt. At si bonam fidem amittat restituere tenetur.
- 3 Quod est verum, etiamsi pretio comparass.
- 4 Si bona fide durante, rem consumpsisset nihil reddere tenetur, nisi factus fuerit locupletior.
- 5 In casu dubio non debet censeri locupletior emansisse.
- 6 Duplex est genus fructuum.
- 7 Fructus merè industriales bona, imò mala fidei possessor comparat.
- 8 Fructus merè naturales, si agnoscat rem a qua prouenerunt alienam esse, tenetur simul cum re Domino reddere.
- 9 Si non decurrit tempus praescriptionis tenetur fructus naturales, & mixtos Domino reddere si exierit.
- 10 Fructus iam consumptos ante tempus praescriptionis si naturales sint tenetur Domino restituere, si locupletior fuerit factus.
- 11 Quoad fructus mixtos id affirmat communior sententia.
- 12 Contraria non videtur probabilitate carere.
- 13 Satis si oppositis fundamentis.
- 14 Praedicta certiora sunt spectato iure regio Castellae.

Si possessio sit rei tibi competentis praecipuus effectus est, liber illius usus, & turbantem si opus fuerit vi expellere. Si autem fuerit rei alienae acquisitio domini illius, & fructum praescriptione interueniente, proprius effectus est. Hac autem praescriptio quae ex continuata possessione tempore a legibus definita prouenit bonam fidem, vt superius diximus in possidente requirit. Insuper vt possideat non tantum naturaliter, hoc est, vt rei de qua libere disponere possit tanquam propriae insitit. Quapropter nullus rem alienam etiam bona fide ingrediens vfucapere potest, quin illis Dominus ciuilem possessionem amiserit, alias essent duo Domini in solidum eiusdem rei, vt optime infert Ant. Gom. ad leg. 45. Tauri numer 105. quod est impossibile.

Sed quo pacto possessor bonae fidei ante tempus praescriptionis finitum comparat rei & fructuum vfum? Non est constantis Doctorum sententia. Nam aliqui existimant & rem & fructus restituendos Domino esse; alij ab hac obligatione possessorum exculant alij distinctione vtuntur quoad rem, & fructus extantes vel consumptos. Vt igitur distincte procedamus agamus prius de re, postmodum de fructibus, & de possessore bonae fidei, deinde de mala fidei possessore.

Et quidem bonae fidei possessorum, tamen praescriptionis tempus completum non sit, posse re possessa vt contentum omnes; quia nullo iure oppositum cauetur, nec caneri poterat, cum sic possidens eredit rem suam esse, illiusque vfum liberum habere. At antequam res absumpta sit bonam fidem amittit, eo quod non sub dubio, hoc enim bonam fidem non impedit, sed pro certo rem esse alienam agnouit, nullatenus eam recipere poterit; sed Domino reddi debet, tamen soluto pretio eam possiderit. Quae fuit sententia D. Thomae, 2. 2. q. 6. 2. art. 6. & ibi.

Caiet. *in sum. verbo restitutio cap. 1. Soti. lib. 4. de iustit. q. 7. ar. 2. Nauar. cap. 17. num. 7. Couarru. variar. resolut. cap. 3. *et reg. peccatum. 3. p. Medin. q. 10. de restitut. Toleti. lib. 5. cap. 17. Valen. dist. 5. q. 6. p. m. 3. Molina. tract. 2. dist. 7. 8. Lessi. lib. 2. cap. 14. num. 3. Sanch. lib. 2. sum. cap. 23. n. 2. & aliorum. Ratio videtur appetita, quia res aliena retinenda non est inuito Domino; committentes enim furtum, & iniustitiam; debes ergo Domino reddere. Neque ab hac obligatione excusari posses, tamen pretio comparales, eo quod per accidens contigerit, & Dominus rei illius distractionis pretij non fuerit; neque obinde dominium rei amiserit, sed illam ubiqueque est vindicare potest. Unde non à Domino, sed à venditore pretium tibi est repetendum: vt bene aduertunt Nauar. & Lessius locis citatis. Et habetur. *leg. mater tua. 3. leg. mancipium. 13. Cod. de rei vindic.***

3 Quod si dicas venditor non comparat, & pretium ab eo recuperare non possum. Non ergo debeo rem quam loco pretij suscepi Domino reddere, alias mihi prauidicaretur qui nullius culpae reus fui? Respondeo cum necessarium sit te aut Dominum te illa priuari, aequitas iustitiae postulat, vt potius tu quam Dominus priueris, cum in eam nullum ius; & dominium habeas, non enim venditione facta ab eo qui Dominus non erat transferri potuit, vt colligitur. *ex leg. exemptio. 1. ff. de actioib. empti.* Pretium autem per accidens est quod amittas, quia per accidens est quod non compareat, si enim appareret, ab illo pretium repetere posses: imò si ad illius recuperationem necessarium esset rem illi tradere, & in pretium statim conuertitur quo erat ante pretium solum, posses, quia ius tibi competit retinendi contractum, vt potè qui ex errore processit aliis non processurus, si veritas agnosceretur: domino autem nequaquam potes pretium exigere, quia ipse non tenetur rem propriam emere, cum potius habeat ius eam vendicandi. Neque obest restitutionem eius quod bona fide possidetur non esse faciendam cum aequali iactura propriorum bonorum, quia iacturam pretij non facis, vt relictas, & verò Domino rem possessam tradas, sed fecisti vt emeres, & possideres, quam possessionem non potuisti consequi. Adde si posses à Domino exigere pretium pro sua re, melioris conditionis esles quam Dominus; tum quia nihil perderes: tum quia haberes ius exigendi pretium à Domino & à venditore, cum tamen Dominus solum habeat ius exigendi rem ubi inuenit. Cum verò viges rem succedere loco pretij, sicuti pretium succedit loco rei, respondeo id esse intelligendum cum celebratur contractus inter eos qui rei, & pretij dominium habent. Secus in praesenti.

4 Venim si bona fide durante rem consumpsisti, nihil Domino reddere debes, nisi ob eius consumptionem locupletior factus fueris. Sicuti docuerunt D. Thom. Couarru. Nauar. Mol. Valen. Lessius. Sanch. & alij *num. 2. relati. & deciditur. leg. item veniunt. §. prater hoc ff. de petit. hereditatis. Cuius verba sunt. Eos autem qui iustus casus habuissent, quare bona hereditatis ad se pertinere existimasent, usque eò dumtaxat quò locupletiores ex ea re facti essent condemnandos. vbi Glossa Verbo, facti essent, inquit hanc esse optimam regulam qua nulla venior in iure, vt bona fidei possessor ad id tantum quod ad se peruenit tenetur. Idem habetur. *leg. si rem, & pretium. leg. sed est leg. §. item si rem diffraxerit ff. de petit. hereditatis. leg. nam hoc natura ff. de cond. dist. in debiti. & leg. regia. 4. n. 1. par. 6. & docet optimè Bald. leg. vbi adus ad finem. Cod. de iure dotum.* Ratio est quia re consumpta ex nullo capite ortiri potest restitutionis obligatio; non quidem ex re, cum iam non sit, neque ex iniusta acceptione, cum ponamus iuste fuisse possessam, & consumptam. Si verò inde factus est locupletior ea ex parte teneris, quia illud incrementum non est tuum est enim ex bonis non tuis, & consequenter est alienum in virtute, ac proinde Domino reddendum. Nam vt inquit Consultus. *in leg. idem seruat. dum. 7. ff. de legat. 2. non absumitur quod in corpore patrimonio retinetur.* Unde si bona fide emitte, & postea vendidisti eodem pretio, aut donasti non teneris ad ullam restitutionem quia non habes aliquid amplius quam haberes. At si ista donasti, vel consumpsisti, vt propriis bonis ob eius occasionem parcis, aliis abutimendis, hoc est ob acceptam frumentum, pecuniam, oves, boues, vestes alias propriis rebus pepercisti, teneris quantum peperceris in ta latitudine valoris rei alienae consumptae restituere; quia habes aliquid amplius in tuis bonis quam haberes & consequenter magis quam id quod tuum est. Vt bene aduertunt P. Nauarra. *lib. 3. de restitut. cap. 4. par. 3. dub. 2. n. 149. Rebell. lib. 2. q. 3. n. 3. Molina. 1. 3. dist. 7. 18. Sanch. num. 14.**

5 In casu autem dubio an ex consumptione rei alienae locupletior euaseris, etsi plures relati à Sanch. *lib. 2. sum. cap. 23. num. 36.* censent re locupletior em euasisse, verius est oppositum, vt ipsemet Sanch. alios plures referens *n. 37.* fatetur eò quod occasione rei alienae iustus, & splendidus frequenter solet vita transigi quam si nulla res aliena haberetur. *iuxta leg. sed est leg. 28. §. si quis re sua ff. de petit. hereditatis.* Non igitur praesumer dum est patrimonium auctum esse sed id necessario est probandum, vt in vtroque foro obligatio restituendi nascatur.

6 Quoad fructuum vero acquisitionem; aduertendum est duplex esse genus fructuum; aliud naturae; aliud industriae fructus sunt quos industria humana parit, tamen adiuuatur re aliqua na-

turali, puta licet ex pecunia, vino, oleo, frumento aliisque rebus consumptibilibus per seminationem, negociationem, seu allocationem acquiruntur, pictura, sculptura, aliudve opus alieno instrumentum confectum; quia haec non naturae, sed industriae obferibenda sunt. Naturae vero fructus sunt quos ipsa natura pro-pignit nulla aut minima industria humana adhibita. Sicuti est fructum, poma arborum Syluestrium, glandes, lana pecorum & similia *iuxta leg. fructus. 4. ff. de usuri. Alij fructus sunt mixti, quia partim ab ipsa natura partim ab industria protentur. Sicuti autem comparatione praedij fegetes, vineae, alique similes qui à praedio seu hereditate spectata per se nequaquam nascuntur, nisi industria humana interueniret. His adhaerent pensiones rerum locatarum, mercedes seruatorum, vecturae nauium, & iumentorum; vt patet ex d. Caes. fructus. & ex leg. praediorum eodem tit. *ubi praediorum vranorum possessione profuitibus ac iurur. & leg. nauis. 62. ff. de rei vindicat. qui caules appellantur; quia dispositione iuris ciuilibus inter fructus computantur. Hos fructus mercato Iurisperiti absolute industriales appellant, quia videtur praecipua illorum causa hominis industria. Vt videtur est in *Alaba. cap. grauis. n. 3. de restitut. spoliator. Barr. in leg. & ex d. iuris ff. de rei vindicat. Syluest. verbo fructus iniurio. Theologi autem Mol. tract. 2. dist. 7. 19. Rebell. ac obligat. iustit. lib. 2. de iustit. quae. 4. Azor. 1. 3. lib. 4. cap. 1. Sanch. lib. 2. cap. 3. num. 48. Lessius. lib. 2. cap. 12. dub. 17. num. 11. Paul. Layman. lib. 3. sum. sect. 3. tract. 2. cap. 3. num. 2.* appellantur naturales, vt potè quos natura ipsa proignit hominis industria adiuta; praedium enim cultum, & semen terrae mandatum, fegetes, alioque similes fructus producit. Item domus locata, seruus, nauis, equus conductus partem fructuum, seu pretium locationis, ergo positus naturales quam industriales sunt hi fructus mixti appellandi. Caeterum spectandum est quoad particularium casuum decisionem quid in his fructibus praualcat, an natura, an industria, & à praedia cui denominationem sortiri debent, vt multis relatis probat Sanch. *lib. 2. de ap. leg. cap. 23. num. 48* & in casu dubio arbitrio Iudicis decidendum est, & in foro conscientiae arbitrio prudentes, vt docet ibi Sanch. *num. 49.* Quocirca fructus quos ciuiles appellantur regulatè industrialesb. annumerandi sunt; quia in his rebus decernis, aedificandis, & reparandis maxima hominis industria apponi solet, & docuit Couarru. *lib. 1. v. m. cap. 3. num. 6.* Menoch. *de arbitrat. casu. 210. lib. 2. num. 27.* Sanch. *cap. 23. num. 53.* Et licet seruatorum operas inter fructus naturales computet eò quod in illis quatuordecim non vectetur humana industria. Verus censetè oppositum. Si enim fetus animalium qui sustentant non possunt ab ipse praedia cura, & diligentia inter fructus industriales ipse Sanch. enumerat, à foriori enumerare debet seruatorum operas, & ancillarum fetus quibus alendis non leues sumptus possessor infundit. Ob eandem rationem industrialibus ennumerandae sunt vineae vitibus, oliuae, frumentum, aliaeque fegetes, quia haec non nisi incrementum diligenti hominis industriae promouent. Et idem est de lacte, caelo & lana animalium quibus pascendis, & custodiendis non modici sumptus sunt. Sicuti tradit Menoch. & Sanch. *loc. cit. & alij apud ipsos.***

Ex his fructibus alij sunt percipiendi, alij percepti, alij praedio adherentes, alij ab ipso separati. Vt aduertunt reati Doctores, & specialiter Glossa. *leg. fructus venduntur ff. de rei vindicat. & leg. si usus uisus auar. ff. quibus modis usus fructus. Sanch. loci citati ferens. lib. 2. c. 23. n. 61.*

Fructus igitur merè industriales seu quae ab industria humanae proueniunt bonae imò male fidei possessor computat, nulla restituendi obligatione contracta. Sicuti ex communi docet D. Thom. *2. q. 78. ar. 3.* Sorus *in 4. dist. 3. q. 2. ar. 2.* Paludan. *num. 5. Nauar. cap. 7. num. 25.* Couarru. *lib. 1. v. m. ar. 3. & in 13. de iur. iur. cap. 2. q. 5. 6. num. 4.* Mol. *dist. 327. & dist. 713.* & 710. Lessius. *lib. 2. cap. 34. num. 8.* Layman *lib. 3. sum. sect. 5. n. ad 2. cap. 3. num. 3.* Rebell. *lib. 2. de iustit. q. 4. num. 6.* & alij apud ipsos. Denim huiusmodi fructus non sunt rei, sed industriae, ac proinde non Domino rei, sed apponenti industriae debeantur.

Fructus vero merè naturales dum praedio adherent non praedij possessori, sed Domino competunt, eosque simul cum praedio vindicare potest, quia pars praedij censentur, vt colligitur ex *d. d. leg. fructus venduntur. ff. de rei vindicat. l. 1. §. si usus uisus auar. ff. de actioib. empti. leg. si quis fructus. Cod. de rei vindic. ar. & §. si Tuisus in fructu de verum diuis. & addunt omnes. At si percepti sint, & extent, cum agnoscat eum qua proauerunt alienam esse, tenentur sin. ul. eum re Domino reddere, quia quaelibet res suo Domino fructificat. Habetur *leg. venditor. Cod. de rei vindic. ar. cuius verba sunt. Ceterum si mala fidei possessores omnes fructus fore eum iussu re praestare, hinc fidei exortus, post litis autem conclusionem unius sit. Idem colligitur ex leg. qui sit. vlt. ff. de usus. sic Glossa. *d. d. ar. leg. ex usus uisus. non habentur. ff. de rei vindic. ar. Couarru. lib. 1. resol. cap. 3. num. 6.* Medina. *de restitut. q. 10.* Lessius. *d. lib. 1. resolut. cap. 3. num. 6.* Molina. *de restitut. q. 10.* Lessius. *d. lib. 1. dub. 1.* Melin. & Layman. *loc. cit.* Neque iustitiam est est pro-fectio Donelli *lib. 4. de iur. ciuilib. cap. 2.* Sumentis verbum illud extantes contentum in dicta leg. certum propendentes, quam si huiusmodi fructus adherentes praedio obligetur possessor. Denim reddentes**

reddere, non autem ex prædico percepto. Nam pendentes à prædico nunquam possessor obligatur restituere, cum nondum possiderit. Non igitur de illis sed de fructibus iam collectis verbum extantes intelligendum est, ut bene aduertit Fachin. lib. 1. contrauerf. cap. 52. circa hanc. Ceterum tamen est obligatum esse Dominum fructus à bonæ fidei possessore exigentem satisficere quantum æstimatus fuerit labor appositus, & expensæ factæ in fructibus colligendis. Vt colligitur. ex leg. si à Domino. §. fructus. ff. de peti. hær. dicitur, cum in eius utilitatem, & commodum prædictus labor, & expensæ cesserint, neque possessor illa exhibere tenebatur, ut bene resoluerunt Glossa, & Abbas. in cap. minus de restitut. spoliat. Sanch. lib. 2. sum. cap. 23. n. 79. Rebell. lib. 2. q. 8. n. 1. Quod intelligendum est dummodo expensarum valor æstimationem fructuum non excedat. Non enim consonum est, ut possessor amplius à Domino exigat, quam valer emolumentum illi concessum. argum. leg. in fundo. ff. de rei vindic. & notatur Rebell. d. lib. 2. q. 8. n. 2.

Gravis tamen est difficultas de fructibus tum purè naturalibus, tum mixtis antequam præscribantur, & bona fides desit, an eos sic acquirat, ut si interim confirmas, nullam inde Domino obligationem habeas? Ratio difficultatis sumitur ex variis Textibus qui videntur pugnantia docere. Nam lex fructus. 45. ff. de usufruct. denotat restituendos esse mere naturales, secus mixtos, inquit enim textus, fructus percipiendi vxor, vel vir ex re sibi domata suos facit, illos tantum quos suis operis acquisierit veluti serendo. Nam si pomum decerpserit, vel ex sylua ceciderit, non sit eius fructus nec cuiuslibet bonæ fidei possessoris, quia non ex facto eius hic fructus nascitur. Contentit §. si quis à non Domino. in stri. de re rem diuisione. vbi inquit Imperator. Si quis à non Domino fundum bona fide emerit, vel ex donatione, aliante iusta causa aq. de bona fide ac operis, naturali ratione placuit fructus quos percipit eius esse iurisdictione, & cura. Ergo illi fructus qui nulla cultura, & cura percipiuntur, non eius erunt. E contra verò lex bona fidei ff. de acqui. i. n. d. rerum d. minio. Indicat omnes fructus possessoris esse. Nam textus inquit, Bona fidei possessor non habet perceptionem fructus etiam ex alienare. suos interim facere, non tantum eos qui diligenia. & opera eius prouenerunt, sed omnes quique quoad fructus accinet loco domini perit est.

Propter hæc in varias sententias Doctores diuisi sunt. Nam Glossa. cap. grauis de restitut. spoliat. & ibi Hostien. n. vii. Cardinal. n. unico. Angel. Salicet. Alexand. Fulgos. & alij innuenerunt relati à Sanch. lib. 2. in decalog. cap. 23. n. 67. censent fructus rei industriales quæri possessori bonæ fidei, secus naturales. Nam lex fructus manifestè distinguit inter fructus purè naturales, & mixtos, & hos acquirit censet possessor bonæ fidei non tamen illos, quia non ex facto possessoris nascuntur. Neque obstat lex bonæ fidei quæ videtur possessori omnes fructus concedere illis verbis sed omnes: quia non concedit omnes fructus naturales sed omnes fructus industriales, non tantum qui cura & diligencia possessoris fuerint quæriti, sed qui ex cura, & diligencia domesticorum, & terarum prouenerint. At Curtius Brugens. lib. 2. com. clarar. ad finem. cap. 44. Lorilothus. de fructibus excom. 47. & 48. & probabile reputat Rebell. lib. 2. de restit. q. 4. n. 9. credunt omnes fructus siue naturales, siue mixtos lucrari possessori bonæ fidei ex titulo ouerolo, secus si titulo lucratio, quia tunc industriales tantum lucratur, non autem purè naturales, & quia hos restituere tenetur. Ducitur quia lex fructus, negans possessori bonæ fidei fructuum purè naturalium acquisitionem, loquitur in possessor bonæ fidei ex donatione ibi donata, ex proinde ex titulo lucratio. Lex vero bonæ fidei, loquitur de possessore ex titulo oneroso scilicet emptiois ibi emptor. Neque obstat §. si quis à non Domino in stri. de rerum diuisione. dicens bonæ fidei possessorem fructus consumptos tam ex donatione, quam emptioe acquisitos, suos facere, quia loquitur expresse de fructibus industrialibus, non verò de fructibus naturalibus. Et præterea rationi consonum videtur, ut emptori non denegentur fructus ex re emptæ percepti, quandoquidem possidet eodem pretio quo rem alienam emit alteram habere ei vitio non subiectam. Deinde Menoch. de reprob. possessor. rem. 14. n. 180. & seq. & Cuiac. in annotat. ad in stri. §. si quis à non Domino, verbo pro cultura, existimant omnes fructus tam naturales quam mixtos lucrari non absolute, sed ad tempus nimirum dum res euicta non fuerit. Ducitur Menoch. ex dicta leg. bona fidei. illis verbis, interim fructus suos facere; quia si solum pro tempore quo res sit euicta fuerint concessi iuxta leg. qui seir. §. vir. ff. de vrb. vbi Iulian. inquit bona fidei emptor quoad perceptionem fructus intelligi debet, quam n. euictus non fuerit.

Sed quantum prædictæ sententiæ probabiles sint longè probabilis existimo, possesorem bonæ fidei omnes fructus rei industriales comparate, naturales verò si nullum legitimum habeat. Sic docuit Abbas. cap. grauis. n. 4. de restitut. spoliat. & ibi Anton. n. 12. Anchartan. 8. Berouius. n. 23. Couarru. lib. 1. inq. cap. 3. n. 6. Ioann. Gutierrez. de expens. cap. 23. n. 35. Ippino speno testam. Glossa. 13. in prin. n. 50. Richardo. §. si quis à non Domino. n. 13. Sanch. alijs relatis. lib. 2. decalogi.

cap. 23. n. 68. Arias Pinel. ad leg. 2. Cod. de re cindenda vendit. 2. n. cap. 2. n. 59. Anton. Faber. lib. 4. coniectur. iuris. cap. 17. Andr. Fachin. lib. 1. contrauerf. cap. 57. Ducor tum ex dicta leg. bonæ fidei possessor, quæ omnes fructus concedit. tum ex leg. qui seir. §. vir. ff. de vrb. vbi. Porro bonæ fidei possessor in percipiendis fructibus id iuris habet quod Dominus prædiorum tributum est, tum leg. in pecudum ff. de usuris. vbi Caius inquit fructus pecudum sciunt lac, pilum, lanam, & facium statim pleno iure fieri bonæ fidei possessoris, tum ex leg. 4. §. lana. ff. de usurariis. lana inquit textus) ouum fertur: n. si aya bona fidei possessor em deconsa est, statim eius fieri quoniam in fructu est. Ergo non solum fructus mixti, sed purè naturales de quibus in his legibus sermo factus est bonæ fidei possessori queruntur. Neque his obstat lex fructus, quæ denegat acquisitionem fructuum purè naturalium, quia intelligi debet de tali bonæ fidei possessore, qui sit vxor vel vir; hic enim titulum legitimum non habet, cum donatio inter coniuges sit reprobatæ: vel intelligi debet de bonæ fidei possessore qui obligatus sit ad restitutionem fructuum etiam bona fide perceptorum iuxta leg. in debiti 15. ff. de condit. in debiti. Neque item obstat d. §. si quis à non Domino; quia argumentum à contrario sensu non est firmum, maxime cum oppositum iure dicitur fuisse. Et licet in aliquibus supra relatis legibus nulla tituli mentio fiat id supponendum est, ut textus qui videtur oppositi concilietur, præterquam quod rationi consonum est, ut fructuum naturalium dominium Domino rei debitum possessori bonæ fidei non quæzatur, nisi titulo iuris nuntius sit.

Ex his inferitur fructus rei industriales etiam extantes & purè naturales titulo legitimo quæritos exigi non posse à possessore bonæ fidei, actione rei vindicationis, quia nlorum est Dominus factus: sed solum perendi tui iudicis officio, aut conditione sine causa. Vt ex communi sententia docet Glossa. d. h. leg. & ex diuerso ff. de rei vindicat. Abbas. d. d. cap. grauis. n. 9. de restitut. spoliat. Couarru. lib. 1. cap. 3. n. 6. Sanch. lib. 2. cap. 23. n. 73. Layman. lib. 3. sum. sed. 5. tract. 2. capite. 3. num. 5.

Hinc tamen inferendum non est obligatum esse bonæ fidei possessorem prædictos fructus rei industriales, & naturales cum titulo vero Domino restituere, si bona fides deficiat antequam tempus præscriptionis decurrerit, & consumpti sint. Nam esto sint possessores tunc tamen renouabiles. Vt indicat Consultus. dicta leg. bona fidei, dum inquit suos interim facit. id est vt explicat Glossa verbo, interim, dum durat bona fides, ideoque non dixit Consultus, loco Domini est, sed loco Domini pend est, quia perfectè, & irreuocabiler Dominus non est horum fructuum, sed imperfectè, & reuocabiler. Quapropter in leg. certum. Cod. de rei vindicat. deciditur deficiente bona fide omnes fructus extantes Domino restituendos esse. & in §. si quis à non Domino in stri. de rerum diuisi. argumento à contrario sensu, deducitur Dominum agere posse, ut sibi fructus non consumpti restituantur. Neque ab hac obligatione exculatur possessor ex eo quod alienos fructus propriis eiusdem rationis immiscuerit, quia esto per mixtionem illorum dominum acquisierit, ac cum obligatione restituendi quod ex re aliena mixto accreuit, cum obligate, & simpliciter existere censetur, vt relato Baldo. leg. 2. n. 4. vers. sed quid si extans. Cod. de fructibus & iurum expensis docet Sanch. dicto lib. 2. sum. cap. 23. n. 73. Quod si dicas inutile esse horum fructuum dominium quandoquidem possessor deficiente bona fide eos restituere debet? Responder optimè Sanch. d. cap. 23. n. 41. cum Paulo in leg. si fundum ad finem. Cod. de rei vindicat. cap. maximæ utilitatis esse eo quod si tempore bonæ fidei vendantur non poterit emptor à vero Domino molestari. Neque aduertis ipsam possessorem agere Dominus potest actione rei vindicationis, sed solum conditione ex causa, vel implorato Iudicis officio.

Gravior tamen est difficultas, An possessor bonæ fidei teneatur fructus purè naturales, vel mixtos consumptos ante tempus præscriptionis restituere vero Domino si locupletior factus est? Et quidem quoad fructus purè naturales artinet communis est sententia teste Rebello. lib. 2. de restitut. quæst. 4. n. 10. Sanch. lib. 2. decalogi. cap. 23. num. 76. Lessio. lib. 2. cap. 14. dub. 2. Mol. 2. disp. 79. Valen. disp. 59. 6. pun. 3. restituendos esse Layman. lib. 3. sum. sed. 5. tract. 2. cap. 3. n. 7. & alijs, eo quod si fructus naturam rei sequuntur, ac proinde eius res ipsa consumpta fuit restituenda est quatenus ex sicut consumptione factus fuerit locupletior, ita etiam si fructus debent restitui.

At quoad fructus bona fide consumptos Doctores diuisi sunt; communior videtur sententia affirmans restitui debere ea parte qua ex eorum consumptione ditior euasisti, quæ fuit sententia Innocent. cap. in litoris. n. 1. de restitut. spoliat. & Abbas. cap. grauis. n. 6. eodem. tit. Bart. leg. & ex diuerso. n. 7. ff. de rei vindicat. Couarru. lib. 1. var. capite. 3. numer. 6. Molina. 1. 2. disp. 569. vers. quando aliquid. & c. 3. disp. 78. numer. 1. & 719. numer. 4. Sayro clauis regia. lib. 10. tract. 2. cap. 2. num. 2. Rebello, Lessio, Layman. locis citatis, Sanch. innumeris referentis. d. cap. 23. n. 77. Ducuntur argum. legis si me & Titium 32, in fine ff. si certum petatur. Vbi decidit Consultus

Consultus æquum & bonum esse pecuniam meam quæ ad te peruenit eam mihi a te reddi. Ergo similiter æquum, & iustum est, vt fructus alteri debitos reddas. Secundo pingens in aliena tabula bona fide obligatus est affirmationem Domino tabulæ reddere, non obstante quod tabulæ factus fuerit Dominus. §. si quis in aliena tabula insitit. de rerum diuisione. eo quod re aliena dicitur factus est. Cum ergo ex fructibus alienis ditor fuerit factus illos restituere debet non obstante illorum dominio. Tertio in iudicijs vniuersalibus sic nuncupatis, quæ sub vnius petitione censentur plures res simul peti, vt contingit in hereditate, dote, fideicommissio vniuersali. leg. item vnde anm. §. fin. ff. de petit. hereditatis, et leg. 1. ff. de fideicommissaria hereditatis petit. quia sub vno iure plura contenta sunt, fatentur omnes fructus ex ea re perceptos restituendos fore ei cui res ipsa restitui debet. Ergo idem est dicendum in iudicio singulari quale est proueniens ex aliqua re particulari donata, emptæ, commodata, deposita, cum in huiusmodi rem efficacius ius censetur Dominus habere quam in rem vniuersalem. Neque valet dicere fructus ex aliqua hereditate, & fideicommissio perceptos hereditatem & fideicommissum augere, nam etiam fructus percepti ex qualibet re aliena possessoris patrimonium augent, & consequenter ad dominium illius rei cuius sunt fructus pertinere debent. Item fructus extantes conueniunt omnes restituendos esse, at cum locupletior factus es ob fructuum consumptionem æquiualeter fructus existunt, debent ergo restitui. Tandem probant quia locupletari non debet quis cum alterius iactura. reg. 48. de Reg. iur. in 6. cui consentit lex nam ad h. ff. de condit. ind. h. si, nature æquum est nemini cum alterius detrimentum fieri locupletiorum. At si possessor bonæ fidei obligationem non haberet restituendi fructus consumptos quorum occasione locupletior factus est eam iactura veri domini cui sunt debiti illi fructus fieret locupletior. Non igitur est admittendum.

12. Carterum etsi hæc sententia vtpote naturalis, & naturali iuri conformior tuenda, & consulenda sit, maxime in foro conscientie, contraria scilicet non esse obligatum possessorem bonæ fidei fructus consumptos, tamen ob eorum consumptionem ditor euaserit restituere, satis probabilis est, & secure in vtroque foro applicari potest, sicut docet Glossa. §. si quis à non domino, verbo, non potest insitit. de rerum diuisione, et leg. et ex diverso, vt bonum habendam ff. de rei vindicatio, et cap. grauis, verbo fructus de reu. spoliator. et ibi Anton. num. 12. Cardin. num. unico. Imola. n. 4. Ant. Gabriel. in suis commun. opin. tit. de acquirit. rer. domin. conclus. 2. n. 3. Ioann. Garcia de expens. cap. 23. n. 4. Arias Pinellus, in leg. 2. Cod. de descendenda vendit. 2. p. cap. 4. n. 74. et n. 60. Duaren in comment. ad tit. de usuris, et fructibus. tit. qui fructus in rebus vniuersali. Anton. Faber, lib. 4. consuet. cap. 17. non procul à fine Andreas Fachin. lib. 1. controvers. cap. 58. Conellus de iure ciuili. lib. 4. cap. 24. et 25. et alij plures reuati Douarru. Menoch. & Sanch. n. p. 2. edenti a ducti et probabile reparat. Lessius, et Sanch. loc. cit. Ducor. dubium esse non potest iure positivo possessorem bonæ fidei eximi posse ab obligatione restituendi prædictos fructus consumptos: si enim iure sic disponere concessum est ei illorum dominum quod alias iure naturali domino rei competebar, potuit sic concedi atque prædicta obligatione. Quod autem sic factum sit mihi perluadet text. in leg. certum. Cod. de rei vindicatio. à contrario sensu, vbi solum fructus extantes cauere restituendos, ergo non consumptos: & §. si quis à non domino insitit de rei diuis. dicitur, si postea dominus superuenierit, & fundum vindicet de fructibus ab eo consumptis agere non potest, non solum inquam actione rei vindicationis, quia hac actione etiam non essent consumpti agere non valebat, sed nec iudicis officio aut conditione sine causa, qua potest agere cum fructus extant, secundo mouetor, quia praxi receptum est teste Fabro, Sanch. & Rebell. possessorem bonæ fidei ad fructus perceptos, & consumptos ante litem contestationem non condemnari iuxta leg. 4. ff. de acquirit. rerum dominio. At si possessor bonæ fidei obligacionem haberet hos fructus restituendi, peti ab eo deberent. Forum autem conscientie exteriori conforme est cum falsæ præsumption non inicitur. Ergo cum in foro externo censetur deobligatus ab hæc restitutione possessor bonæ fidei etiam in foro conscientie deobligatus censeri debet. Tertio ducor. x. §. est hereditas. ver. si vero insitit. de officio iudicis. ibi. Si vero bonæ fidei possessor fuerit non habetur ratio neque consumptorum, neque non perceptorum. At fructus non perceptos, nullam habet restituendi obligationem, ergo neque obligationem habet restituendi consumptos, cum eadem sit vtrumque decisio. Neque refert si dicas id intelligendum esse, cum possessor bonæ fidei ditor factus non est, tum quia prædicta leges generaliter loquuntur, tum quia inutilis esset exemptio, & deobligatio ad restituendis fructibus bona fide consumptis contenta in prædictis legibus Nam cum possessor bonæ fidei ditor factus non est consumptione fructuum ex re aliena perceptorum, nulla restitutionis obligacione tenetur, etiam iure naturali spectato, sicut nec tenetur rem ipsam alienam ex qua sunt fructus percepti bona fide consumptam restituere. Ne ergo leges deobligantes à fructuum restitutione inuitiles sint, fatendum ne-

cessario est intelligendas esse non solum cum possessor ditor factus non est, sed etiam cum factus est ditor. Adde leg. 5. de iust. que frequenter contingunt. leg. Nam et ff. de reu. ind. frequenter contingit consumptione fructuum alienorum locupletior fieri possessorum. Ergo in hoc casu euadenda sunt deobligationem inducere.

Fundamenta vero quibus opposita sententia nititur non conuincunt. Nam ad leg. 1. me & Titium, respondeo loqui de pecunia, cuius dominium in possidentem translatum non est, de hac merito dicit Consultus æquum esse suo domino restituere. Secus est de fructibus quorum dominium quaesitum possessor ratione curæ, & diligentie adhibite in illis percipiendis, & ob bonæ fidei consumptionem. Ad 2. desumptum ex pictura in aliena tabula, respondeo probare manifeste fructus extraneos restituendos esse, non tamen bona fide consumptos. Præterquam quod in fructibus est specialis iuris concessio & ab obligatione restituendi deobligatio quæ tamen non est in pictura tabulæ alteræ. Ad tertium fateor in iudicijs vniuersalibus obligationem esse restitutionis fructuum, quia hereditatem augent, & eadem effectus petuntur, ac fructus ex re aliena percepti, & consumpti nec tamen alienam augent, cum possessor sit, & nec domini, neque eadem actione peti possunt. Ad 4. concedo spectato iure naturali factus esse quod fructus æquiualeter existant, vt illos restitui obligatus esse restituere, at spectato iure positivo in iusticijs est, quidem ab obligatione restituendi consumptos ex mit, quorum consumptionem non impedit prædicta æqualitas. Ad vltimum respondeo regulam verissimam esse, ne quo tamen in practico procedere, siquidem possessor bonæ fidei non locupletatur ex re aliena, cum fructus non alterius quam ipsius possessor sit, nec cuius sic disponere.

Hæc autem certiora sunt spectato iure regio Castellæ. Nam lex 39. tit. 28. par. 3. expresse decidit fructus pure naturales restituendos esse domino quamuis consumpti sint, eus vero aliqua cura, & diligentia possessor ex eorum consumptione ditor euadit, alias iuri naturali decisio aduertatur, si in eorum casu ad restitutionem fructuum naturalium possessionem obligatur. Atque ita docet Gregor. Lop. tit. 1. §. 4. in 14. par. Richard. §. si quis à non domino. n. 15. in fin. de rerum diuisione. Sanch. lib. 2. in d. calog. cap. 23. n. 83.

§. VIII.

An possessor, qui à principio fuit bonæ fidei, & post modum mala superuenit, possit rem alienam, & fructus eius retinere.

1. Plures affirmant.
2. Oppositum est tenendum.
3. Satis est obiectum.
4. Ratione litem contestata præcisio non tenetur possessor fructus perceptos restituere.
5. Pectia communi sententia à tempo à litem contestata, fructuum restitutionem inducendum esse, si firmata iura locum habere cum in instantia in iudicio post restitutionem actoris perempta est.
6. Verius iure ex præcisio litem contestatione non esse possessor rem suam suam.
7. Satis est fundamentis oppositi.

Non desunt plures doctores. Glossa leg. et ex diuisi. Verbo non habendam ff. de rei vindicatio. Bald. leg. qui sit §. non a fidei. n. unico. ff. de usur. Imola. c. p. g. anni de reu. spoliator. n. 7. Ancharan. n. 11. Burorius. n. 34. Faber §. si quis a non domino §. 1. et vbi insitit. de rerum diuis. et alij plures reuati Sanch. lib. 2. in decalog. cap. 23. n. 149. afferentes obligatum non esse restituere fructus quousque fructus esse co. iudicatus est sit, quia interim suos fecit, reuocabili tamen, & recipere si mala fides præscriptionem impedit non tamen fructuum acquisitionem Ducuntur ex leg. qui sit ad fin. m. ff. de usur. vbi Julian. inquit. Bonæ fidei emptor scilicet, & arequam fructus perciperet cognouit fundum esse alienum, et non percipere fructus fructus faciat, queritur. Respondi: bonæ fidei emptor quod fructus percipiendos intelligi debet quando euictus fructus non fuerit. Nam & seruis alienis quem bona fide iure tibi mibi ex re mea, vel operis suis acquirit quantum euictus non fuerit. Non igitur mala fides obstat fructuum acquisitioni, & retentioni in eum cum res euicta non est.

Sed tenendum est stante mala fide verè, & præcipue, nec tenet neque illius fructus re restituere posse, se d. Domino esse reddenda non expediat euictione, sic post alios antiquiores docentur lib. 1. variat. cap. 3. n. 7. Ioann. Garcia de expens. cap. 23. n. 13. Menoch. de recuperanda possess. rem. 15. n. 592. et 612. Spino speculo testament. Gloss. 13. n. 48. Richard. 1. leg. de qui non d. mine. n. 8. in fin. de rerum diuis. Sayrus claus. 1. 1. lib. 10. tract. 2. cap. 1. n. 2. Petr. Navarra. lib. 3. de reu. 1. 1. par. 3. d. 1. n. 144. Mol. 1. n. de insitit. disp. 566. vbi quæritur